

denen neben dem „princeps“ Petrus das klassisch-römische Geschichtsbild in so bezeichnend christlichem Gewand erscheint.¹⁾

vocatione omnium gentium“ lib. II c. 16; pL. 51, 704. Daß diese Schrift von Prosper tatsächlich verfaßt ist, zeigt ein Vergleich mit einem Leobrief, der, wie Sprache und Inhalt zeigen, auch von Prosper stammen muß. Da es sich beidemal um Petrus handelt, seien die Abschnitte nebeneinander gesetzt:

De vocatione omn. gent. lib. II c. 28; pL. 51, 713 ff. zitiert Luf. 21, 31 und Matth. 16, 18. Im Anschluß an Luf. 21, 31 heißt es:

Si ergo defectura erat fides tanti apostoli, nisi pro eo Christus oraret (vgl. Leo, serm. 4, 3; 60, 4), inerat ei proculdubio mutabilitas, quae posset in tentatione nutare; et non iam perseverantiae fuerat virtute solidatus, ut nullis periculis esset obnoxius. Qui ergo tunc conturbatum cor apostoli non humanis, sed divinis convenit oculis, et ad largos poenitudinis fletus potenti incitavit aspectu, potuit hanc firmitatem animi praecipuo conferre discipulo, ut sicut ipsum Dominum nihil ab explendae passionis proposito deterrebat, ita nec beatum Petrum ulla tunc formido superaret (vgl. Leo, serm. 4, 3; 83, 3). Sed haec stabilitas illius tantummodo propria fuit, qui solus vere poteratque dicebat.

Quis ergo ambigat, quis ignoret, hanc fortissimam petram, quae ab illa principal ipetra communio- nem (vgl. serm. 3, 3; 4, 2; 51, 1; 83, 1; ep. 104) et virtutis sumpsit et nominis, hoc desiderium semper habuisse, ut ei moriendo pro Christo constantia donaretur?

Leo, serm. 60, 4; pL. 54, 345:

beatus apostolus Petrus, cuius fides ea devotione fervebat, ut Domino et compati paratus esset et commori, ancilla sacerdotis calumniant perterritus, ex infirmitate periculum negationis incurrit: ob hoc, sicut apparet, haesitare permissus, ut in Ecclesiae principe remedium poenitentiae conderetur; et nemo auderet de sua virtute confidere, quando mutabilitatis periculum nec beatus Petrus potuisset evadere. Dominus autem Jesus, qui intra pontificale concilium solo corpore tenebatur, trepidationem discipuli foris positi divino vidit intuitu; et paventis animum, mox ut respexit, erexit, et in fletus poenitudinis incitavit. Vidit in te Dominum non fidem victam, non dilectionem aversam, sed constantiam fuisse turbatam. Cito itaque in soliditatem suam rediit petra, tantam recipiens fortitudinem, ut quod tunc in Christi expaverat passione, in suo post supplicio non timeret. . . . Vgl. genau so serm. 54, 5; pL. 54, 321.

¹⁾ Serm. 82, 1; dann 82, 4; Gmelin 133—135.